Incipit Sermo de primitiis misse

Ecce dedi verba mea in ore tuo et constitui te hodie super gentes et regna, ut evellas, et destruas, et edifices et plantes Jere. 1. In istis verbis dominus primo ostendit sacerdotem esse theodidactum, et ab ore dei semper pendere non solum verbis sed etiam sompniis in contionibus. Ideo hic ait Dedi verba mea in ore tuo. Debet etiam a deo vocari ad hoc ministerium, qui prius vocat aliquem, deinde sanctificat et instruit Ut super patet, Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi te. Sic Isaias habebat labia sanctificata a deo, et sic prophetabat. Sic etiam Ezechiel a deo missus fuerat predicare filiis Israel Ecce inquit dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. Sic precursor in utero sanctificatus est. Et paulus se dicit ad hoc ministerium ab utero matris esse electum. Ne

Jere. 1 — Isa. 6 — Ezech. 3 — Luc. 1 — Gala. 1

vel h

nec ergo quisquam sibi usurpet honorem
nisi qui vocatur a deo velut Aaron
Alioqui audient ipsi currebant et ego
non misi eos

Secundo notatur eius dignitas quia
a domino constituitur super reges et regna
Ita ut sua sana doctrina nulli cedat
Ierem. 5 Sic Ieremias 5 cap. Circuite vias Ie
rusalem aspicite et considerate in pla
teis eius an inveniatis virum facientem
iudicium et querentem fidem et propitius
ero ei et nullus inveniri poterat Et
Ieremias dicit Ibo ad optimates et
loquar eis Et ecce hi simul magis confre
gerunt iugum ruperunt vincula Ezech 22
Ezech. 22 Principes eius in medio eius quasi lupi
rapientes predam ad effundendum sanguinem
animas et ad perdendas animas et sectan
Michee 3 da lucra avare Michee 3 Principes
eius in muneribus iudicabant et sacerdo
tes eius in mercede docebant et pro
phete eius in pecunia divinabant Sic
apostoli dicebant Oportet obedire deo magis
Act. 5 quam hominibus Non enim possumus que vidi
4 mus et audivimus non loqui

Tertio

[illegible]

Qualis esse debet officium sacerdotis.

Attende igitur et vide cuius ministerium tibi tra-
ditum est, per impositionem manus episcopi. Ecce sacer-
dos factus es, et ad celebrandum consecratus, vide nunc
ut fideliter et devote in suo tempore Deo sacrifici-
um offeras et teipsum irreprehensibilem exhibeas.
Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus et aliis
bone vite exemplum prebere. Eius conversatio non cum
popularibus et communibus hominum viis: sed cum an-
gelis in celo, aut cum perfectis viris in terra.
Sacerdos sacris vestibus indutus Christi vices gerit
ut Deum pro se et pro omni populo suppliciter et
humiliter rogat.
Ante se crucem in casula portat ut Christi vestigia
diligenter inspiciat et sequi ferventer studeat

[illegible] notat illorum [illegible]
[illegible] destruere, et in[illegible]
Primo debent [illegible]
[illegible], deinde
[illegible] Christo inde [illegible]
[illegible] ad inveniri [illegible]
[illegible] est [illegible]
[illegible], et in iniquum [illegible]
[illegible] ad dominum, et [illegible]
[illegible] est ad [illegible]
[illegible] erit penitentia[illegible]
[illegible] iniquitate[illegible]
[illegible]dabat, quia [illegible]
[illegible] Joel. 2 Inter [illegible]
[illegible] plorabunt sacerdotes [illegible]
[illegible] parce domine, parce [illegible]
[illegible] hereditati tuae in [illegible]
[illegible] nationes
[illegible] debent doctrina[illegible]
[illegible] dedit nobis linguam [illegible]
[illegible] sustentare eum qui [illegible]
[illegible] labia sacerdotis custo[illegible]
[illegible] legem requirent ex ore [illegible]
[illegible] est aliqu[illegible]

Tertio notatur illorum officium, qui debent vitia destruere, et inserere virtutes. Primo debent homines ad poenitentiam invitare, deinde remissionem peccatorum in Christo ostendere. Sic Isa. 55 Querite dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad dominum, et miserebitur eius quoniam multus est ad ignoscendum. Ezech. 18 Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, quia nolo mortem peccatoris dicit dominus. Joel. 2 Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini, et dicent, parce domine, parce populo tuo, et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. — Isa. 55 — Ezech. 18 — Joel. 2

Quarto debent doctrina pollere Isa. 50 Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo, Mala. 2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Alioquin audiret — Isa. 50 — Mala. 2

Os. 4 Os: 4 Quia tu scientiam repulisti, repel
lam te, ne sacerdotio fungaris mihi
Et erit sicut populus sic sacerdos
Mala 2 Mala. 2 Vos recessistis de via, et scan
dalizastis plurimos in lege Ideo ego
dedi vos contemptibiles omnibus populis
quere etiam folio 176 per totum,
Quinto illorum vitam et mores paulus
ad thimotheum et titum graphice descri
bit

Incipit Sermo de vita monastica

Si vis perfectus esse, vade et vende
omnia que habes, et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo, et veni se
Mat. 19 quere me Mat 19 Qui vitam communem
agunt, illis ad salutem sufficit observatio
mandatorum dei Sicut dominus in hoc capitulo
adolescenti respondit Si vis ad vitam in
gredi, serva mandata, Qui vero perfectio
nis statum voluerit apprehendere, oportet ut

nihil